Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

**Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

stabo · et figam gradum meum super muni-
tionem · et contemplabor ut videam · quid
dicatur mihi · et quid respondeam ad ar-
guentes me. ¶ Iste sunt induciae indu-
torie que in causa criminali · super pena
corporis dantur · cum sententia fertur ex impe-
tu et calore ire xxx · dierum · ut xj · q ·
iij · cum capitulo. Cuius decreti causa talis
est. Nam quidam miles in impetu seditionis
populi apud Thessalonicam fuit interemptus.
Quo audito · Theodosius imperator
repentino nimis atrocitatis furore succensus ·
ad ludos circenses iussit populum convocari
et precepit militibus ut cunctos indifferenter
trucidarent super quo facto cum ab episcopo
talis redargueretur regalibus indu-
mentis exutus publicam egit penitentiam
et constituit ut sententia principum super pena
capitali prolate ab executoribus continuo
ad dies xxx · differantur · ut locus
esset misericordie si videatur expedire. Unde
tales induciae vocantur induciatorie.
Sed nunc tamquam xxx · dierum est optimum
inducias dedit deus · immo annorum
plurimorum aliquibus · quibus contulit idia-
tim · licet sunt in presenti dei inducias cita-
torias · restitutorias · et deliberatorias
iudicatorias · in generali iudicio tamen in-
ducias amici nullas dabit. Apocalypsis
viij · Vidi alium angelum · id est filium dei qui
longe ab aliis angelis distat descen-
dentem de celo · ad iudicium · amictum nu-
be · id est carne sumpta de virgine sicut n-
ubes tegit solem · ita caro deitatem
sumpta divinitate · et yris in capite eius
yris est signum pacis · signum securita-
tis · ut non deleatur genus humanum ultra
diluvio · bonis sed videbitur in y-
ride · id est in tali forma · per eos ex ipsa
facie sue inspectione reddet securos
quod non delebuntur eterne dampnationis
de hoc angelo post pauca subiungit · quod

levavit manum suam · et iuravit per viven-
tem in secula seculorum · quia tempus non est amplius
sed in diebus septimi angeli cum ceperit tuba
canere consummabitur mysterium · id est sacramentum
sicut evangelizavit per servos suos prophetas
id est quicquid dixerunt prophete sive de iudicio fu-
turo sive de remuneratione bonorum et
simul cum septimo angelo · id est christo · ceperit
tuba canere · id est hanc vocem dicere · ite maledi-
cti in ignem eternum · etc. De eodem.

Hora est iam nos de sompno sur-
gere. Rom. xiij. Dicitur de sompno
surgendum quia est sompnus dei contemplationis et
peccatoris. Sompnus dei est triplex · primus est
in incarnatione. Gen. xxviij. De Iacob
qui de Bersabee pergebat Aran et
in lapide supposito dormivit. Dormi-
torium hoc fuit beata virgo. Eccli. Qui
creavit me requievit in tabernaculo
meo · et misto ibi requievit · quia suavius
et mollius super plumas virtutum virginis
in castro dicitur dormivisse super cuncta.
Item honorabiliter quia super lectum bene or-
natum. Cant. Lectulus noster floridus.
Item amicabiliter · quia veteris capitulo cum
texit. Item confortabiliter virtus amico
vel suo. Item securiter · quia amplius iam non
separavit inquantum divinitas humanitatem sibi
unitam eius. Erant duo in lecto uno.
Item velociter quia potuit filius dei · statim
hospitium cordis aperuit. Luc. Ecce
ancilla domini etc. Item fideliter · quia omnia
necessaria habuit · Gen. xxiiij. Ingredere
benedicte domine · cur foris stas · pre-
paravi domum et locum camelis. ¶ Secundus
sompnus christi fuit passionis hic fuit
durus · huius dormitionis tabula fuit
sancta crux · ubi dormivit ignominiose
quia in medio latronum ut nos suscita-
ret. Dolorose ulnis distensis ut
nos ad se colligeret. Deut. v. Ex-
pandit alas suas amorose ut nos